



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo ex gratia incipiunt bona merita: & de qua gratia hoc intelligatur.

D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



*Aug. cap. 11. ante mediū l. 2. de bono perseverantia tom. 7. Aug. l. de duab. animab. cap. 12. post mediū, Tomo. 6. Hic aperit ad quid predicta tēdant ut innotesceret an virtus sit motus mentis vel non. Per simile ostendit, & est cōparatio inter tria, & tria.*

*Qualiter intelligatur cū ex sola gratia dicitur.*

bitrio: sed bon<sup>9</sup> ex gratia est & libero arbitrio, melius vero ex libero arbitrio tantum. Ut n. ait August. in li. retract. Homo sponte & libero arbitrio, cadere potuit, nō etiam resurgere. Idem in lib. de duabus animabus: Animę si libero ad faciendum & non faciendum motu animi careant, si deniq; his abstinendi ab opere suo potestas nulla cōceditur: earum peccatum tenere non possumus. Hic aperte ostenditur, q̄ motus animi siue ad bonum siue ad malum, ex libero arbitrio est. Ideo q̄ si gratia vel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte est, iam non solus Deus sine homine eam facit. Propterea quidam non inrudite tradunt, virtutē esse bonā mentis qualitātē siue formam, quę animam informat: & ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuuatur, vt ad bonum moueatur & erigatur: & ita ex virtute & libero arbitrio nascitur bonus motus, vel affectus animi, & exinde bonū opus procedit exterius: sicut pluuia rigatur terra, vt germinet & fructum faciat: nec pluuia est terra, nec germen, nec fructus: nec terra germen vel fructus: nec germen fructus: ita gratis terrę mentis nostrę, i. libero arbitrio voluntatis, infunditur pluuia diuinę benedictionis, id est, inspiratur gratia, quod solus Deus facit, non hominem eo: qua rigatur voluntas hominis, vt germinet & fructificet, id est, sanatur & præparatur vt bonum velit, secundum q̄ dicitur operans: & iuuatur vt bonū faciat, secūdu q̄ dicitur cooperans. Et illa gratia virtus nō incōgrue nominatur, quia voluntatem hominis infirmā sanat & adiuuat.

*Ex quo sensu dicuntur ex gratia incipere bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur.* D

Cum ergo ex gratia dicuntur esse bona merita, & incipere, aut intelligatur gratia gratis dans, id est, De<sup>9</sup>: vel poti<sup>9</sup> gratia gratis data, quę voluntatē homi-



hominis prouenit. Nō enim esset magnum, si hæc à Deo dicerentur esse à quo sunt omnia: sed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita: quæ cum ex sola gratia esse dicantur, non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis causæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis causa bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium & sanatur atque iuuatur voluntas hominis, ut sic bona.

*Quod bona voluntas gratiæ principaliter est, & etiam gratia est: sicut & omne bonum meritum.* E

Quæ ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritum, imo gratiæ, quia ex gratia principaliter est, & gratia est. Vnde August. ad Sixtum presbyterū: Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia? Ex gratia enim (ut dictum est) quæ prouenit, & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis bonus affectus, siue bonus motus mentis: & hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut, verbi gratia, ex fidei virtute & hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus & remunerabilis, scilicet, ipsum credere: ita ex charitate, & libero arbitrio alius quidam motus bonus prouenit, scilicet, diligere, bonus valde. sic de cæteris virtutibus intelligendum est. Et isti boni motus, vel affectus merita sunt & dona Dei, quibus meremur & ipsorum augmentationem, & alia quæ consequenter hic, & in futuro nobis apponuntur.

*Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem, & alia.* F

Cum ergo dicitur fides mereri iustificationem, & vitam æternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia pactum fidei meretur illa. Similiter de cha-

D d 5

rita-

*Epistol. ios.*

*In. to. 2. ante medium*

*Qualiter bonum me-*

*ritum in homine constituitur.*

*& quid sit primum bonum meritum.*